


Cantus Passionis



Fasciculus III

Christus


fixerunt eum, et cum eo álios duos, hinc et hinc, médium autem Iesum. Scripsit autem et titulum Pilátus : et pósuit super crucem. Erat autem scriptum : Iesus Nazarénus, Rex Iudæórum. Hunc ergo titulum multi Iudæórum legérunt, quia prope civitátem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebráice, græce, et latíne. Dicébant ergo Piláto Pontífices Iudæórum : *S. Noli scribere, Rex Iudæórum, sed quia ipse dixit : Rex sum Iudæórum.* C. Respóndit Pilátus : *S. Quod scripsi, scripsi.* C. Mílités ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta eius (et fecérunt quátuor partes : unicuíque míliti partem), et túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contécta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem. *S. Non scindámus eam, sed sortiámur de illa cuius sit.* C. Ut Scriptúra implerétur, dicens : Partíti sunt vestiménta mea sibi : et in vestem meam misérunt sortem. Et mílités quidem hæc fecérunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, et soror matris eius María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Iesus matrem, et discípulum stantem quem diligébat, dicit matri suæ :




C. Deinde dicit discípulo :



Mú- li- er, ecce fí-li-us tu-us.



C. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua. Póstea sciens Iesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit :



C. Vas ergo erat pósito acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori eius. Cum ergo accepísset Iesus acétum, dixit :



C. Et inclináto cápite, trádidit spíritum.




Consummátum est.


Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.

C. Iudæi ergo (quóniam Parascéve erat), ut non remanérent in cruce còrpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolle-réntur. Venérunt ergo mílités : et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura : sed unus mílitum láncea latum eius apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium eius. Et ille scit, quia vera dicit : ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptúra implerétur : Os non comminué-tis ex eo. Et íterum ália Scriptúra dicit : Vidébunt in quem transfixérunt.

Post hæc autem rogávit Pilátum Ioseph ab Arimathæa (eo quod esset discípulus Iesu, occútus autem propter metum Iudæórum), ut tolleret corpus Iesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Iesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénérat ad Iesum nocte primum, ferens mixtúram myrræ, et áloes, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Iesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus : et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parascéven Iudæórum, quia iuxta erat monuméntum, posuérunt Iesum.




et ad hoc veni in mundum, ut testimóni-um perhíbe-am



ve-ri-táti: omnis qui est ex veritáte, audit vocem me-am.


C. Dicit ei Pilátus : S. *Quid est véritas ?* C. Et cum hoc dixisset, íterum exívit ad Iudáeos, et dicit eis : S. *Ego nullam invénio in eo causam. Est autem consuetúdo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha : vultis ergo dimittam vobis Regem Iudeórum ?* C. Clamavérunt ergo rursum omnes, dicéntes : S. *Non hunc, sed Barábbam.* C. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Iesum, et flagellávit. Et mílités plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápti eius : et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant : S. *Ave Rex Iudeórum.* C. Et dabant ei álapas. Exívit ergo íterum Pilátus foras, et dicit eis : S. *Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscáatis, quia nullam invénio in eo causam.* C. (Exívit ergo Iesus portans corónam spíneam, et purpúreum vestiméntum.) Et dicit eis : S. *Ecce homo.* C. Cum ergo vidíssent eum pontífices et místri, clamábant, dicéntes : S. *Crucifige, crucifige eum.* C. Dicit eis Pilátus : S. *Accipíte eum vos, et crucifigite : ego enim non invénio in eo causam.* C. Respondérunt ei Iudáei : S. *Nos legem habémus, et secúndum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit.* C. Cum ergo audísset Pilátus hunc sermóñem, magis tímuit. Et ingréssus est prætórium íterum : et dixit ad Iesum : S. *Unde es tu ?* C. Iesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus : S. *Mihi non lóqueris ? nescis quia potestátem hábeo crucifigere te, et potestátem dimíttere te ?* C. Respóndit Iesus :



 Non habéres potestátem advérsum me ullam, ni-si tibi datum




esset désuper. Proptére-a, qui me trádidit tibi, maius peccátum





C. Et exínde quærébat Pilátus dimíttere eum. Iudáei autem clamábant dicéntes : S. *Si hunc dimítis, non est amicus Césaris. Omnes enim, qui se regem facit, habet.*

contradícit Césari. C. Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Iesum, et sedit pro tribunáli, in loco, qui díicitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha.


Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Iudáis : S. *Ecce Rex vester.* C. Illi autem clamábant : S. *Tolle, tolle, crucifige eum.* C. Dicit eis Pilátus : S. *Regem vestrum crucifigam ?* C. Respondérunt pontífices : S. *Non habémus regem, nisi Césarem.* C. Tunc ergo trádidit eis illum ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Iesum, et eduxérunt. Et bájulans sibi crucem, exívit in eum, qui díicitur Calváriæ, locum, hebráice autem Gólgotta : ubi cruci-


 Si male locútus sum, testimóni-um pérhibe de malo : si



 autem bene, quid mē cædis ? C. Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefáciens se. Dixérunt ergo ei : S. Numquid et tu ex discípulis eius es ? C. Negávit ille, et dixit : S. Non sum. C. Dicit ei unus ex servis pontíficis, cognátus eius, cuius abscídit Petrus aurículam : S. Nonne ego te vidi in horto cum illo ? C. Iterum ergo negávit Petrus : et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Iesum a Cáipha in prætórium. Erat autem mane : et ipsi non introiérunt in prætórium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras, et dixit : S. Quam accusátiōnem affértis advérsus hóminem hunc ? C. Respondérunt, et dixérunt ei : S. Si non esset hic malefáctor, non tibi tradidissémus eum. C. Dixit ergo eis Pilátus : S. Accípите eum vos, et secúndum legem vestram iudicáte eum. C. Dixérunt ergo ei Iudæi : S. Nobis non licet interfícere quemquam. C. Ut sermo Iesu implerétur, quem dixit, significans qua morte esset moritúrus. Introívit ergo iterum in prætórium Pilátus, et vocávit Iesum, et dixit ei : S. Tu es Rex Iudæórum ? C. Respóndit Jesus :


 A temetípso hoc dicis, an á-li-i dixérunt tibi de me ?


C. Respóndit Pilátus : S. Numquid ego Iudæus sum ? Gens tua, et pontífices tradidérunt te mihi : quid fecísti ? C. Respóndit Jesus :


 Regnum me-um non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo



 esset regnum me-um, ministri me-i útique decertárent ut non


 tráderer Iudæis : nunc autem regnum me-um non est hinc.

C. Dixit itaque ei Pilátus : S. Ergo Rex est tu ? C. Respóndit Jesus :



 Tu dicis, qui-a Rex súm ego. Ego in hoc natus sum,

C. Ut implerétur sermo, quem dixit : Quia quos dedísti mihi, non pérdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum : et percússit pontificis servum : et abscídit aurículam eius déxteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro :




Mitte gládi-um tu-um in vagínam. Cá-licem, quem dedit mihi


C. Cohors ergo, et tribúnus, et minístri Iudæórum comprehendérunt Iesum, et ligavérunt eum : et Pater, non bibám illum ? adduxérunt eum ad Annam primum, erat enim socer Cáiphæ, qui erat póntifex anni illíus. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Iudéis : Quia éxpedit, unum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Iesum Simon Petrus, et álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus pontífici, et introívit cum Iesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípulus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiáriæ : et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiária : S. Numquid et tu ex discípulis es hóminis istíus ? C. Dicit ille : S. Non sum. C. Stabant autem servi, et minístri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciébant se. Erat autem cum eis et Petrus stans, et calefáciens se. Póntifex ergo interrogávit Iesum de discípulis suis, et de doctrína eius. Respóndit ei Jesus :




Ego palam locútus sum mundo : ego semper dócu-i in




synagóga, et in templo, quo omnes Iudáei convéni-unt : et in



occúlto locútus sum nihil. Quid me intérrogas ? intérroga e-os,



qui audi-érunt quid locútus sim ipsis : ecce hi sci-unt quæ díixerim



C. Hæc autem cum dixísset, unus assístens ministrórum dedit álapam Iesu, di-cens : S. Sic respóndes pontífici ? C. Respóndit ei Jesus :

ego.



FERIA VI IN PARASCEVE

Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Ioannem. In illo tempore : Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et discipuli eius. Sciebat autem et Iudas, qui tradebat eum, locum : quia frequenter Jesus conveverat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohorte, et a pontificibus et pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis, et facibus, et armis. Jesus itaque sciens omnia quae ventura erant super eum, processit, et dixit eis :

Quem quæri-tis?

C. Respondérunt ei : S. Iesum Nazarénum. C. Dicite eis Jesus : **Ego sum.**

C. Stabat autem et Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis : Ego sum : abiérunt retrorsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos :

Quem quæri-tis?

C. Illi autem dixerunt : S. Iesum Nazarénum. C. Respondebit Iesus :

Dixi vobis, qui-a ego sum : si ergo me quæri-tis, sinite hos